

55.

AD  
**SOLENNES EXSEQUIAS**

**VIRI**

**NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSUL-**  
**TISSIMI, PRUDENTISSIMIQUE,**

**DOMINI**

**PETRI**  
**MEIERI,**

**J. U. L. REIPUBLICÆ HAM-**  
**BURGENSIS SENATORIS PRIMI,**  
**ET PROTOSCHOLARCHÆ OPTI-**  
**ME MERITI,**

**D. X. DEC. DECENTER CELEBRANDAS,**  
**OMNES OMNIUM ORDINUM ET DIGNI-**  
**TATUM VIROS HONORATISSIMOS**

*OFFICIOSE INVITAT*

**GEORGIUS ELIEZER EDZARDUS,**  
GR. L. ET HISTOR. PROF. P. NUNC PRORECTOR.

---

**HAMBURGI**, Typis CONRADI NEUMANNI,  
Senatus, Gymnasii atque Scholæ Typographi.



Xenitus rebus humanis atque ad  
celestem vitam translatus est Vir  
Nobilissimus Consultissimus Am-  
plissimusque, DN. PETRUS

MEYERUS, J. U. L. Reipu-

blicæ Hamburgensis Senator primus optimeque  
meritus, & Protocholarcha dignissimus. De quo  
verissime potest affirmari, quod de sanctioribus DEI  
viris sacer Codex passim memorat, obiisse illum se-  
nem & saturum dierum, collectumque fuisse ad po-  
pulum suum. Quæ certe non exigua est felicitas.  
Vivendi enim desiderium mentibus humanis ab ipsa  
natura est insitum, plurimisque adeo tenaciter in-  
hæret, ut non modo male secum agi arbitrentur,  
quando in flore ætatis dissidium sui coguntur pati,  
sed & per sepe acerbam sibi mortem experiantur esse,  
quando finitis jam multis annorum decursiis in ipso  
limine senii consistunt, vitæque hujus crebriores  
molestias magno cum tædio devotarunt. Neque  
vero innatus tantum vivendi amor humano generi  
est, sed augetur is ipse etiam in non paucis immodi-  
cō terrenarum voluptatum usu, quo fit, ut animos  
gerant ultra quam par est in caduca defixos, Cœle-  
stium vero atque æternarum rerum contemplati-  
one ratissime afficiantur. Quod si ergo decretoria  
hora illos maturius avocet, horrent plane ad ejus  
mentionem, idque unice habent in votis, ut vitæ  
longioris fiat accessio, nec ante fese ad mortem  
componunt, quam actum de vita esse sentiant, pro-  
fusque de illa incipient desperare. Quos autem di-  
vino beneficio vitæ cepit latietas, ii pridem seculi  
hujus amorem exuerunt, nunciumque miserunt  
cunctis

cunctis iis, quæ diuturnioris ævi desiderium excita-  
re poslunt. Non habrent illi supremam horam, sed  
pie exoptant; Non gravem sibi mortem iudicant  
esse, sed gratam; Non male secum agi statuant,  
quando de Vitæ statioñe jubentur decedere, sed libe-  
rari potius sese a malis, quæ vitam hanc fragilem &  
molestem comitantur. Haud itaque mori se senti-  
unt, sed moriuntur antequam moriantur, prospe-  
ctant mortem immo expectant, propitiisque acce-  
denter obviis ulnis amplectuntur. Claudunt enim  
vitam ita, ut terrenis curis ex animo dismissis peni-  
tusque proscriptis totos sese factis involverint medi-  
tationibus in iisque supremum tempus exegerint,  
quæ æternæ felicitatis prægustum præbent longe ju-  
cundissimum. Horum vero nihil beato **SENA-**  
**TORI** nostro **MEIERO** defuit. Etatem e-  
num nactus est non ingravescentem modo sed & de-  
crepitam, quæ uti bonis promittitur, ita non exi-  
gui beneficij loco est habenda, si recte collocetur;  
iisque rebus impendatur, quæ cantum caput ornant,  
rædiaque levant, quæ afferre secum senecta solet.  
Accedit quoque a curis lecularibus otium, quod  
extremis annis præcipitata ætas ipsi fecit, virum  
que inclinatio & morbi, qui lecto quidem non te-  
nuerunt usque affixum, ab officiis tamen functioni-  
bus, quibus sedulus per vitam incubuerat, fitre me-  
rito absolverunt. Hinc adeo integro & quod excur-  
rit ante obitum anno totum se DEO traxit rebus  
que divinis, quibus publice privatimq; delectabatur,  
id omni conatu agens, ut plenus fiducia, & Divini  
Verbi solamine suffultus, erecto animo imperterri-  
toque ad arbitrium summi Numinis Spiritum ali-  
quando redderet. Quid ipsum etiam (firmiori-  
bus licet adhuc viribus) Invictissimum Imperatō-  
rem

rem CAROLUM V. exemplo prorsus singula-  
ri atque ad omnem posteritatem memorabili fecisse  
constat. Triennio enim ante mortem, cum innu-  
meris curis atque laboribus esset fractus, sceptra  
posuit, seque in monasterium Justi, quod in finibus  
Castiliae est, contulit, ut in Hieronymianorum fra-  
trum sodalitio reliquum vitæ suæ inter quotidiana  
precum & laudium divinarum exereitia transfigeret.  
Nec pia ipsius vota destituit eventus. Placide enim  
ex hac vita discessit, cum in unico SERVATO-  
RE nostro JESU CHRISTO ejusque merito  
omnem salutis suæ spem collocare declarasset, atque  
Sacro Epulo sub iutraque specie secundum Christi  
institutionem sumto sese refecisset. Similis vero  
vitæ exitus nostrum quoque MEIERUM mani-  
st. Cujus non modo pro Republica verum etiam Gym-  
nasio nostro suscepiti labores poscunt, ut vitæ ip-  
ius cursum nunc repetamus, gratamque adeo mentem  
pro tot annorum meritis, si alia ratione nunc no-  
ticeat, saltēm verbis testimur. Lucem  
itaque adspexit in hac ipsa urbe, in qua justa nunc re-  
liquijs ejus fiunt, Parentibus honestissimis atque inte-  
gerrimis prognatus. Carnalem vero ejus nativitatem  
haud multo post vitæ quoque Spiritualis initia exce-  
perunt, cum sacro fonte tinctus fide donaretur.  
Ecclesiaque cuius perpetuum membrum erat futu-  
rus infareretur. Nactus tum PETRI nomen fuit,  
quod uti Virum notat super salvificæ fidei Confes-  
sione fundatum, ita NOSTRUM, ut in eadem ad  
extremum usque vitæ immotus perstaret, felicissimo  
eventu commonefecit. Cæterum cum in pueronon  
ingenii modo docilitatem depræhenderent Parentes  
optimi, verum etiam ardorem discendi non me-  
diocrem, adeo ut & celeriter arriperet ea quæ trade-  
ban-

bantur, & plura semper videretur poscere, delibera-  
tum illis constitutumque maturo consilio fuit, li-  
teris eum plane addicere, nec intermisserunt quic-  
quam, quod ad hunc scopum assequendum perti-  
nere aliqua ratione videretur. Dati enim ipsi præ-  
ceptores fuerunt ad docendum aptissimi, quos  
cum magna diligentia conlectaretur, profecit in-  
dies, spemque fecit uberrimi fructus ex se olim ad  
Patriam redundatui. Nec Gymnasium patrium  
neglexit, cui ad uberiori ingenii cultum capien-  
dum in eunte Anno MDCL I civem dedit,  
**JUNGII, TASSII, VAGETII**, atque  
**LAMBECII**, (quos nominasse ad laudem elo-  
giisque sufficit) acroales pertinaciter frequen-  
tans. **JUNGIUM** quidem in Logicis Physicis-  
que, **TASSIUM** in Mathematicis, **VAGETI-**  
**UM** in humanioribus, **LAMBECIUM** denique  
in Historicis docentes audivit, & tanto quidem di-  
ligentius audivit, quod ante exactum biennium stu-  
dia sua ad Academias transferre constituisset. Pro-  
fectus ad Academias eundem cursum industriae te-  
nuit, atque ut non proletariam modo, sed solidiorem  
Juris peritiam sibi compararet, hasit in illis per in-  
tegrum decennium, Celeberrimis ubique Juris  
Consultis se adjungens, quorum consilia atque au-  
toritatem magnâ itidem animi contentionē est se-  
quitus. *Helinstadium* quidem ante cæteras adiit,  
substiteratque ibi per sexennium, quando non  
modo doctrina ipsius varia, verum etiam integritas  
& probatissimi mores incitaverant Virum Genero-  
sum Dn. Johannem Sigismundum a Frecking,  
Tribunum militum & Regiminis in aula Illustrissimi  
Comitis Oldenburgici Præsidem, ut Filio suo exeun-  
te Anno M. DC. LVIII. ipsum daret inspectorem,  
qui studia ejus moderaretur, quod & multa cum  
fide

6

fide fecit per triennium, non modò in Academia  
 Julia, sed & in Heidelbergensi cum ipso versatus. Exa-  
 Etò autem triennio isto Argentoratum se contulit, ut  
 studiorum suorum cursum ibi absolveret, & Galliae  
 esset propior, quam inter extera regna primam adi-  
 re decreverat. Gallia lustrata in Italiam concesit,  
 redux inde Germaniam peragravit, ex eaque ad Belgus.  
 iter direxit. Caeterum cum in Illustri Frisiorum  
 Academia Franequerana ageret, placuit ipsi decre-  
 toria disputatione d. 15. May A. M. **DCLXVI.**  
 probare tempus quod studiis dederat, quam rectissi-  
 mè a se fuisse collocatum. Dignus proinde Aca-  
 demiæ istius proceribus fuit vilus, qui honore Li-  
 cenciatæ Juris utriusq; uti appellant, augeretur, quod  
 & omnium applausu fuit factum. Sic reversus in  
 patriam est, e qua ante annos quatuordecim juvenis  
 ad bonarum artium mercaturam discesserat. Vix  
 dum autem in illam redierat, cum doctrina ipsius  
 & candore effecerunt, ut **SERENISSIMO ME-**  
**GAPOLITANORUM DUCI, DN. CHRI-**  
**STIANO LUDOVICO** innotesceret, qui  
 ipsum adeo carum habuit, ut variis arduis negotiis  
 expediendis adhibuerit, iisque feliciter atque ex  
 voto confectis Consiliarii titulo condecoraverit.  
**A. M. DC. LXXIII.** d. 6. May. celebravit nupti-  
 as cum leetissima Virgine **ANNA SCHRÖTE-**  
**RINGIA**, filia **GEORGII SCHRÖTERIN-**  
**GII**, Duodecimi Viri & Aedis **JACOBÆ** Cura-  
 toris jurati Primarii, cum qua per annos octodecim  
 vixit conjunctissime, suscepitque ex eadem fi-  
 liolum unum in ipso partum mortuum, & filias duas,  
 quarum alteram, quæ natu major est, Virginem  
 ornatissimam **JOHANNAM MARGARE-**  
**TAM** nuptum dedit Viro Nobilissimo atque Con-  
 sultissimo Dn. **PETRO BARTELS J. U. L.**  
 Dignissimo, alteram vero, decoratissimam itidem

Vir-

7

Virginem CECILIAM ELISABETAM in  
 matrimonium collocavit Viro Nobilissimo, Con-  
 sultissimo, Amplissimoque, Dn. HERMANNO  
**LANGENBEECK J. U. D.** celeberrimo, &  
 Reipublicæ nostræ Hamburg. Secretario optime  
 merito, quotidieque merenti. Servet DEUShoc Flo-  
 rentissimum par (quod septem nepotibus tribusque  
 neptibus dulcissimis parentem auxit) cum maritis  
 suis fulgidissimis, & Familijis splendidissimis in mul-  
 tos annos & summam senectutem perfundataque  
 solatio, Spiritus Sancti, quod unum & solum mœ-  
 stos erigere, tristitiamque ex animo expellere valet.  
**A. M. DC. LXXX. d. 3.** Eebi salutis publicæ gu-  
 bernacialis fuit admotus, in Amplissimum **SENA-**  
**TORUM** Ordinem receptus, ex eoque tempore  
 alia ex aliis munia, quæ dignitas ista secum fert, ipsi  
 sunt commissa, quæ omnia ita obiit, ut candidum lu-  
 um in Patriam amorem, fidemque & dexteritatem  
 apud omnium animos reliquerit testatissimam. Præ-  
 turam sustinuit annis **M. DC. LXXXV I** &  
**LXXXVII**, & ita sustinuit, ut sacerdotem justi-  
 tiae se probaverit, sicubi autem necessitas rigore non  
 postularet, placidum quoque arbitrum dissen-  
 tientibus se præbuerit. Nec curæ Gymnasii Scholæ  
 que publicæ se subtraxit, sed lubens. Anno  
**M. DC. XCIII.** eam suscepit, cum tangeret illum  
 ordo, gesitque indefessa industria, quo nomine nos  
 ipsi obstrictos profitemur, gratesque beatis ipsius  
 manibus decentissimas persolvimus. Quid dicam  
 de **VIRI** probitate & singulari Comitate, qua o-  
 mnium animos ita sibi devinxit, ut si per vota homi-  
 num stetisset, vegetam ipsi senectam & multorum  
 adhuc annorum accessionem boni omnes fuissent  
 apprecatur? Sed hæc in solius **DEI** manibus sunt  
 posita, qui uti vitam nobis & quicquid sumus, cle-  
 mentissime confert, ita pro suo quoque arbitrio éan-  
 dem

36

dem iterum adimit, transfertq; ad meliores sedes, qui  
 in vita vivaq; fide ad finem usque perseverarunt.  
 Quos inter etiam numerafidus nunc est **MEIE-**  
**RUS** inoster, qui morte properat atque impro-  
 viso subtraetus nobis non est, sed pedenterim &  
 lento prorsus gradu ad eam processit. Primos qui  
 dem mortis anteambulo ipsi fuit insulsus apostolicus  
 quem die 13. Januarii superioris anni fuit passus  
 inde successit virium debilitas quotidie aegrescens,  
 intervenient etiam recurrentes paroxysmai priori-  
 similes, dextrum latus insigniter afflentes, atque  
 ad extremitum alius, qui sarcinas colligendas, atque  
 ex hac vita abestadum esse montuit. Quapropter  
 intensius se ad piastreces & coelestium meditatio-  
 nem, cui jam per biennium unice vacaverat, con-  
 vertit, obtinuitque ut Vitæ latur ad gratiam requiem  
 d. 4. Décembrishora duodecima meridiei perducere-  
 tur, cum Magistratum per quatuor & amplius lustra  
 ges fillet, atque dies quatuor & annum unum suprate-  
 ptuaginta in hac mortalitate absolvisset. Vivit tamen  
 nunc post mortem, & ea quidem vita, quæ nec diem  
 successione nec annorum numero circumscribitur,  
 quamque molesta senectus non comitabitur. Nul-  
 la itaque ejus unquam ipsum tenebit satietas. Frustra  
 enim bonis nunquam terminandis, satiaturque gar-  
 dio, quod ex DEI aspectu est, cum Abrahamo, Isaaco  
 atque Jacobo accumbens. Corporis vero exanimæ con-  
 dentur hodie, atque ad dormitorium quod in ædes  
 Jacobi est, solenni comitatū deducentur. Quem ut  
**VIRI SPLENDIDISSIMI, PROCERES**  
**REIPUBLICÆ, ORDINES QUICUN-**  
**QUE**, civesque universi, & omnes denique quibus  
 Virtus & merita *τοῦ μανεπτοῦ* cordisunt, frequenti pra-  
 sentia illustriorem reddere velint, ea qua par-  
 est observantia rogantur atque invitantur.  
 P. P. Hamburgi d. 10. Decembris,  
 Anno MDCCIII.